

På frånsidan: Henrik Zomerman thacker myn herre konung Eric før two tunner grawerk, som man lode honum følghe aff eet schipbrut.

Sigillen: N. 1—3 saknas; N. 4. Bomärke med omskr.: s. HERMANNI VRIDACH; N. 5. Bomärke med oläslig omskrift.

1287.

1410 d. 17 April.

Lund.

Erkebiskop Jacob i Lund upprättar sitt testamente till förmån för kyrkor och kloster, konung Erik, drottningarna Margareta och Philippa samt enskilda personer.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Cum secundum mire paciencie virum beatum Job, homo, natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit velud umbra et numquam in eodem statu permanet, in parentum pudore concipitur et cetera, mundum ingreditur, a [vi]libus ortum inchoando, dein progreditur in labore, mundi tempestatibus fluctuando, sed tandem in dolore egreditur cum vermibus habitando, auis enim ad volandum nascitur et homo ad laborandum, vnde psalmus: Exhibet homo ad opus suum et ad operationem suam vsque ad vesperam, ad vesperam demorabitur fletus, sed, benedictus Deus, ad matutinum consurgit leticia, et quia milicia est vita hominis super terram et secundum beatum Paulum et Augustinum non habemus hic [ciuitatem]¹⁾ manentem, sed futuram inquirimus tanto magis, ac prvdenter huius seculi [caduci] ciuitatem ruentem exstat transeundum, vt homo ad eterne felicitatis perueniat ciuitatem ma[nentem]. Hiis igitur consideratis nos Jacobus, Dei gracia archiepiscopus Lundensis, Swecie primas et apostolice sedis legatus, etsi corpore debilis mente tamen sanus, testamentum nostrum et vltimam voluntatem de bonis nobis a Deo collatis ordinamus et condimus in hunc modum. Primo ecclesie sancti Laurentii Lundis, in qua nostram eligimus sepulturam, xx marcas argenti, item domino nostro karissimo, domino Erico, regi Dacie etc. vnum cornu argenteum dictum gripsklo et anulum aureum cum lapide saphirio, item domine nostre gracie, domine regine Margarete i ciphum argenteum, i anu . . . aureum cum saphiro et i caballum, item domine nostre Philippe regine i cornu deauratum dictum gripsklo et i anulum cum saphiro, item domino Petro episcopo Roskildensi i anulum cum lapide bruno, item domino Petro episcopo Ripensi i anulum cum ymagine crucifixi, item successori nostro disponimus et damus pro mensa archiepiscopali ix lances argenteas, ii parua salseria, ii pelues argenteas et i magnum nap argenteum, quod domina Margareta regina dedit mense archiepiscopali, ii amphoras argenteas, Nesby et Nesbylom cum eorum adiacenciis, item xi chratheres argenteos dictos skale cum ii yrtekar de argento; item damus altari nostro in ecclesia Lundensi constructo omnia bona que redemimus de domino Nicolao Yuari milite, jacencia in Linby Vemundehøshered, edificata et desolata, i curiam in Sandagra de qua curia pro pensione datur marca argenti, omnia bona nostra in Ønarp, Tulestorp

¹⁾ Tillagdt efter Regist. Lund.

et Vestrevemundehøy, item i curiam in Vggløse, molendinum Laremølle et magnam curiam nostram in Malmøye, quam emimus a domino Folquino, preposito Lundensi; item pro anniuersario nostro in choro Lundensi annuatim tenendo iij curias in Borby, quas emimus de Olauo Twesson de Eegby, item monasteriis Lundis predicatorum, minorum, omnium sanctorum, predicatorum in Aws, minorum in Ystat, predicatorum in Helsingborgh, minorum in Threleborgh, Becceskow, Øuith, Twmmarp, Herizwathe, Byringe, Bosie, monialium Lundis, predicatorum Halmstathe et monasterio Aas, cuilibet istorum monasteriorum marcam argenti; item in domibus infirmorum leprosorum Lundis, Aws, Ystath, Twmmarp cuilibet ipsorum marcam Lybicensem inter infirmos diuidendam; item domino Johanni Oolsson militi i nigrum gradarium, quem dedit nobis dominus Roskildensis, et i anulum aureum, in quo crucifixus habetur; item domino Beroni Oolson i anulum aureum, vxori sue anulum aureum; item domino Lydero Cabel anulum aureum cum dyamante, vxori sue anulum aureum cum ymagine beate virginis; item domino Absoloni Andersson anulum aureum, vxori sue anulum aureum; item domine Jese martertere(!) nostre langam(!) tunicam subductam cum variis; item domino Hinrico Da anulum aureum, vxori s . . cornu deargentatum; item domino Alberto langam(!) togam subductam cum marthskin, vxori sue anulum aureum; item domino Thyrgo Has i nap deauratum et vxori sue i paruum nap deauratum; i[tem] domino Hinrico Jerardi i nap de argento et i ciffum deauratum; item domino Habrahe anulum aureum et vxori sue anulum aureum; item Hermanno Ørz equicium nostrum ge argenteum, vxori sue ciffum argenteum cum pede; item Laurencio x marcas argenti, vxori sue i anulum aureum; item Steen Basse i cornu deargentatum et vxori sue Petro Steen i ciffum argenteum cum veronica et vxori sue ii cratheres argenteos; item domine Cicilie de Harebyerghe i anulum; [item] cuilibet prelatorum ecclesie [nostre Lundensis i nobilem]; item domino Petro Dwe i nobilem; item domino Jacobo officiali nostro i nobilem; item domino Martino Thuronis i nobilem; item cuilibet canonicorum i florenum Wnga[rilem]; [item] sacriste florenum Vngarilem; item custodi chori i florenum Vngarilem; item domino Johanni Jacobi juniore florenum Vngarilem; item cuilibet vicar[io i solidum grossorum]; item domino Benedicto priori monialium [i nobilem]; item cuilibet [ecclesiarum parrochialium Lundis i Lybicensem marcam]; item Tuloni Bøge ij marcas argenteas; item Nicolao Kanuti, aduocato nostro, cratherem argenteum; item Cristiarno pro[ximo] nostro i nobilem; item Johanni H[enrichini, T]yrgillo Petri et Arnesto, cuilibet florenum Vngarilem; item Ierardo Petri sororio nostro quinque bicaria argentea, que pater suus dedit nobis; item Hinrico, qui est in fisco nostro, [xii] marcas argenti, cui eciam tenemur in xvij marcis argenti; item cuilibet presbitero parochiali Lundis j solidum grossorum; item Paulo Dyegn Borundeholmis equicium nostrum, quod emimus a Twone Nicolai, vna cum anulo cum saphiro; item Johanni Laghesson x marchas argenti cum anulo aureo, et vxori sue anulum aureum; item Olauo Jensson iij^{or} nobiles cum anulo aureo, et vxori sue anulum aureum; item domino Hartvico Lang i gradarium, quem habuit Aosie; item ymagini beate Marie virginis in medio pauimenti ecclesie nostre Lundensis crucem nostram

auream cum cathenis; item cuilibet castrensi in Hammershws iij marcas argenti; item cuilibet ministro parochiali Lundis vj grossos; item cuilibet pauperi mendicanti Lundis iiij grossos; item domino Laurencio militi, seruitori nostro, i nigrum gradarium, quem nobis dedit Paulus Dyegn, et i nobilem; item domino Johanni Nicolai i nobilem; item domino Hermannno i paruam librum decretalium; item Mathie Andree i nobilem; item Cristerno Kløf i nobilem; item Benedicto Thrugilli in fisco nostro i nobilem; item Hinz Kok i florenum Vngarilem; item cuilibet ecclesie per Scaniam prius non nominate iiij^{or} grossos. Exsequutores testamenti huius et nostre vltime voluntatis constituimus, facimus et ordinamus infrascriptos, videlicet dominos Hinricum Ierardi et Thrugotum Haas, milites, Hermannum Ørz, armigerum, et dominos Johannem Jacobi, decanum, et Petrum Dwe, canonicum ecclesie nostre Lundensis, supplicantes instantissime ac eorum consciencias onerantes vt in premissis ita se exhibeant sicut in districti iudicii examine voluerint et habeant respondere. In cuius rei testimonium secretum nostrum vna cum sigillis executorum nostrorum predictorum presentibus est appensum. Datum in curia Lundensi, anno Domini m^ocd^odecimo, feria quinta proxima post Tyburti et Valeriani [martirum]

Istis tenemur Petro Knøkel in Gripswald lxvij marcis Sundensibus; item Eyler van der Mølæ iiij^{or} marcis argenti, item i marca Sundensi cum xij albis; item Thideke Hoppe l marcis Sundensibus; item Regnardo van Lutten xxiiij^{or} marcis Lybicensibus; item Boo Hinzson x marcis Lybicensibus; item ecclesie sancti Lucii Roskildis l marcis Lybicensibus.

Sigillen saknas.

På frånsidan: Testamentum domini Jacobi Geritsson, archiepiscopi, super anniuersario suo de tribus curiis in Borby etc.

Brefvet har flera betydande hål; hvad som här införts inom [] är hemtadt från Reg. eccl. Lund., der testamentet förekommer sid. 218—219.

1288.

1410 d. 25 April.

Skanör.

Kyrkoherren och rådet i Skanör anteckna gränserna för den konungen tillhöriga jord derstädes.

Orig. på perg. i K. Danska Geh. Ark.

Kyrkæherræ, burgemæstær, rathmæn pa Scanør, helse allæ mæn thettæ breff see ællæ høræ læsæ kærleggho mæth Gwth. Wyderlikt scal waræ allæ mæn thet wor howysman Frylle, pa myns hærræ konyngens wæghnæ spordhæ ws om gammal ræet pa Scanør ok særdeles om myns hærræ konyngens jordh, tho kallædhæ wy sammæn the aldynggæ, the wy prøwedhæ ther bææst aaf wistæ ok myntæs i konyng Woldemars daghæ, hwos syæl Gwth hawæ, tha sagdhe the thet thøm wydelykt war ok wysdææ hanum al the jordh, som konyngen tyl hørdhæ ok sydhæn tyl ær kommæn, hwor hwn laa, særdelæs spordhæ han om Kampæræ fyyd, i thet færstæ hwor nær hwn raktæ Høel, tha wysdæ the hanum hwor Høelyæ bodhær aat skyldæ ok Kampæræ fyyd, tha sagdhæ the thæt i konyng Waldemars daghæ bodhornæ i Høel paa badhæ sydhær hørdhæ tyl kronæn ok konyngens